VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Seite 18r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

iiij.

ierlim. Nomen matris eius sebia de bersabee. fecit
ioas rectum coram domino. cunctis diebus quibus do
cuit eum ioiada sacerdos. Veruntamen excelsa non
abstulit. Adhuc populus immolabat et ado
lebat in excelsis incensum. Dixit ioas ad sa
cerdotes. Omnem pecuniam sanctorum que illata
fuit in templo domini a pertranseuntibus que offertur
pro anime et quam sponte et arbitrio cor
dis sui inferit in templum domini. accipiant illa
sacerdotes iuxta ordinem suum. & instaurent
sartatecta domus. si quid necessarium uiderint
instauratione. lgtur usque ad uicesimum tertium
annum regis ioas non instauraueri sacerdo
tes sartatecta templi. Vocauitque rex ioas
ioiada sacerdotem & pontificem. dicens eis.
Quare sartatecta templi non instaurastis.
Nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta
ordinem uirium. sed ad instaurationem templi
reddite ea. Prohibitique sunt sacerdotes ultra
accipere pecuniam a populo. & instaurare
sartatecta domus. Et tulit ioiada pontifex gazophilacium unum. apuitque foramen
desuper. & posuit illud iuxta altare ad
dexteram ingredientium domum domini. mittebantque in eo sacerdotes qui custodiebant
ostia omnem pecuniam quae deferebatur ad
templum domini. Cumque uiderent nimiam pecuniam
esse in gazophilacio ascendebat scriba regis
& pontifex. effundebantque & numerabant
pecuniam quae inueniebatur in domo domini.
dabantque eam iuxta numerum atque mensuram in ma
nu eorum qui preerant cementariis domus domini. Qui
impendebant eam in fabis lignorum & in cementariis.
his quoque operabantur in domo domini. & sartatecta
faciebant & in his quae cedebantur saxa. & ut
emerent ligna & lapides quae excidebantur.
ita ut impleretur instauratio domus domini in
uniuersis quae indigebant expensa ad mu
nienda domum. Veruntamen non fiebant ex ea de
pecunia hydriae templi domini. & fuscinulae
& thuribula. & tubae omneque uas aureum
& argenteum de pecunia quae inferebatur
in templo domini. his enim qui faciebant operi dabatur.

ut instauraretur templum domini. Et non fiebat ratio his
hominibus qui accipiebant pecuniam ut distribuerent ea artificibus. sed in fide tractabant ea. Pecu
niam uero pro delicto & pecuniam pro peccatis non inferebant in
templum domini. quia sacerdotum erat. Tunc ascendit
azahel rex syrie & pugnabat contra geth cepitque eam.
& direxit faciem suam ut ascenderet in ierlim. Quam ob
rem tulit ioas rex iuda omnia sanctificata que consecrauerant iosaphath & ioram & azaziam patres eius reges
iuda. & quae ipse obtulerat & uniuersum argentum quod in
uenire potuit in thesauris templi domini & in palatio
regis. misitque azaheli regi syrie. & recessit ab
ierlim. Reliquum autem sermonum ioas & uniuersa quae fecit.
nonne hec scripta sunt in libro uborum dierum regum iuda.
Surrexerunt autem serui eius & conspirauerunt inter se. p
cusseruntque ioas in domo mello in descensu sela.
lozachar nadab filius semaath. & iozabath filius somer.
serui eius percusserunt eum. & mortuus est. Et sepeliuerunt
eum cum patribus suis in ciuitate dauid. regnauitque
amasias filius eius pro eo. Anno uicesimo tertio ioas
filii achazie regis iuda. regnauit ioachaz filius
hieu super israel in samaria. xvii. annis. & fecit
malum coram domino. secutusque est peccata hieroboam filii
nabath qui peccare fecit israel. & non declinauit ab
eis. Iratus est furor domini contra israel. & tradidit eos
in manu azaheli regis syrie. & in manu benadab
filii azahel cunctis diebus. Deprecatus autem ioachaz
faciem domini. & audiuit eum dominus. Vidit enim angus
tiam israel quia attriuerat eos. rex syrie. Et dedit
dominus israeli saluatorem. & liberatus est de manu regis
syrie. Habitauerunt que filii israel in tabernaculis
suis sicut heri & nudiustertius. Veruntamen non recesserunt a peccatis ieroboam qui peccare fecit israel. in
ipsis ambulauerunt. Siquidem & lucus permansit
in samaria. Et non est derelictum de populo ioachaz
nisi quinquaginta equites & x. currus. & x. milia pedites.
Interfecerat enim eos rex syrie & redegerat quasi
puluerem in tritura aree. Reliquum autem sermonum
ioachaz & uniuersa quae fecit. & fortitudo eius.
nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regum
israel. Dormiuitque ioachaz cum patribus suis. & sepe
lierunt eum in samaria. regnauitque ioas filius eius pro
eo. Anno tricesimo septimo ioas regis iuda.